



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno 313. Usque Ad Annum 361

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1758**

**VD18 90117778**

§. 26. Persecutio contra S. Athanasium.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66022](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66022)

num delecto, rescinditur barba, & pal-  
 lium philosophicum detrahitur, a Con-  
 stantio coram militibus Cæsar declaratur  
 octavo Idus Novembris Arbitione, &  
 Lolliano Consulibus, id est, sexta Nov.  
 anno 355. paucis abhinc diebus Constan-  
 tius ei sororem suam Helenam in matri-  
 monium dedit, jussitque, ut maturaret  
 in Galliam iter; Cæterum occultos fa-  
 ctorum ejus exploratores addidit, &  
 omnia sic disposuit, ne sibi timenda eva-  
 dere possit ejus potentia.

## §. XXVI.

*Persecutio in S. Athanasium.*

Ab eo tempore, ex quo Montanus epi-  
 stolam attulerat, viginti sex mensibus  
 nullum Imperatoris Constantii manda-  
 tum ad S. Athanasium pervenit, sed statim  
 post Concilium Mediolanense Imperator  
 Ægypti Præfecto scripserat; frumentum,  
 quod Constantinus Parens ejus Ecclesiis  
 concesserat, Athanasio auferret, & Aria-  
 nis daret; & omnes, quicumque cum  
 Athanasio communicantes insectari vo-  
 luissent, impune facerent. Elapsis vi-  
 ginti sex mensibus Diogenes, & Hila-  
 rius, Imperatoris Notarii, nempe viri  
 a Secretis Cæsareis, & munere suo spe-  
 ctabiles advenerunt, Duci Ægypti, & mi-  
 litibus ejus minaces litteras afferentes,

Rr 5

ut

Sæculum IV.  
A. C 355.Julianus Cæ-  
sar.Sup. §. II.  
ad Solit. p.  
829.

ibid. p. 843.

Sæculum IV. ut omnes ad communionem Arianorum  
 A. C. 355. compellerent. Cum Diogenes juberet,  
 ut Athanasius Alexandria excederet, pe-  
 tiit mandatum Imperatoris sibi exhiberi,  
 idem Clerus, & populus Alexandrinus  
 petebant; Diogenes nullas protulit epi-  
 stolas, quibus Athanasius exire jubere-  
 tur, nec in conspectum ejus venit, imo

*Ad Solit. p.* videns populum ad sui Episcopi defen-  
*845. Apol.* sionem arma parantem, re infecta, abiit.  
*p. 688.*

*Soz. IV.* Ergo ex Ægypto, & Lybia Legiones  
*hist. c. 9.* accersuntur sub Duce Syriano; is quam-

*Ath. apol.* primum Alexandriae fuit, Ariani jactan-  
*p. 688.* ter dicere, jam se, quod vellent, effectu-  
 ros. Syriano instante, ut Athanasius ad

aulam Imperatoris proficisceretur, rur-  
 sus petiit videre litteras, quibus id jube-  
 retur, *ego enim, inquebat: non aliter,*

*quam expresso Imperatoris mandato redii;*  
*tribus vicibus ex hac causa ad me scripsit,*

*& post fratris ejus Constantis obitum ite-*  
*rato mihi scripsit; in Ecclesia mea ma-*

*nerem, nihil timerem, nec ad eos attende-*  
*rem, qui forte metum incutere tentarent;*

*hæc ultima epistola mihi a Palladio, qui*  
*Magister Palatii fuit, & Asterio, aliquan-*

*do Armeniae Duce, reddita est. Cum er-*  
*go hic manendi jussa ab Imperatore mihi*

*sint expressissima, nisi mandata contraria,*  
*Imperatoris manu signata, videro, non abi-*

*bo; ne munera Episcopi memorem, quibus*  
*gregem meum derelinquere probibeor, &*

S. Scri

*S. Scripturæ præcepta!* Syriano fatente, Sæculum IV.  
 sibi iussa, de eo expellendo, scripta non A. C. 355.  
 data, S. Athanasius vehementer postula-  
 bat, ut saltem ipse, vel Maximus Ægypti  
 Præfectus hac de re ad Imperatorem scri-  
 berent, quod facere recusarunt, aut etiam  
 palam edicere, quod ea, quæ agerent, se  
 Imperatoris jussu agere. Hinc S. Atha- p. 690.  
 nasius jure sibi existimandum credidit,  
 ipsos injussos, & Arianorum sollicitatio-  
 nibus corruptos hæc moliri, præsertim  
 cum videret, eos nunquam non Ariano-  
 rum caterva stipatos, quibus liceret eo-  
 rum mensæ accumbere, & nihil Arianis  
 insciis faciendum decerni. Igitur peri-  
 culum manifestum, ne ipso absente, hæ-  
 retici, ut lupi rapaces gregem suum in-  
 vaderent, Athanasium in firmissimo pro-  
 posito non discedendi confirmavit.

Populus Alexandrinus, Presbyteri, & p. 689.  
 maxima civitatis pars Syrianum adierunt,  
 rogantes, ut vel Athanasio, quæ sibi im-  
 perata essent, scripto indicaret, vel eo  
 usque suos Conventus impedire differ-  
 ret, donec ipsi Delegatos ad Imperato-  
 rem misissent. Cum in hac petitione  
 diu perstitissent, Syrianus, justa peti-  
 agnoscens, per Imperatoris vitam jura-  
 vit, promittens se, quod peterent, fa-  
 cturum; hoc edixit in præsentia Præfe-  
 cti Maximi, Notarii Hilarii; audientibus  
 duabus officialium cohortibus, Duce, &  
 Præfe-

Sæculum IV. Præfecto, & Prytani urbis Magistratu,  
A. C. 356. fidei datæ depositario. Hoc actum 18.  
 Januarii anno 356. Tum populus Ca-  
 tholicus libere ad consuetos conventus  
 pro more se contulit.

## §. XXVII.

*Epistola S. Athanasii ad Episcopos  
 Ægypti.*

*orat. I. in* Interim S. Athanasius epistolam circula-  
*Ar. p. 283.* rem ad Episcopos Ægypti, & Lybie  
*ibid. p. 287.* dedit, ut animos ad ferendam Arianorum  
 persecutionem adderet. Epistolæ suæ  
 causam his verbis indicat: *certa scientia*  
*teneo, quosdam Arianos convenisse, &*  
*scriptum Symbolum de fide composuisse,*  
*quod ad vos mittent subscribendum, & ad-*  
*dent minas, omnes, qui recusaverint, in*  
*Sup. §.* *exilium pellendos; jamque bujus vicinia*  
*XVI.* *Episcopos terrefacere cæperunt.* Hoc  
 Arianorum scriptum forte fuerit epistola  
 Imperatoris Constantii, quam in Concilio  
 Mediolanensi anno superiore protule-  
*Athan. or.* rant; aut forte aliquam fidei confessio-  
*I. instr. p.* nem Antiochiæ concinnaverant, quando  
 288. Georgium in Episcopum Alexandrinum  
 ordinaverunt. Ut ut res se habeat, duo  
 in hoc molimine Arianos sibi efficienda  
 proposuisse dicit, *primo, inquit: ut ve-*  
*stris subscriptionibus probrosum Aarii No-*  
*men obtegant, ipsique hæresin ejus sectari*  
 non